Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



sicut dies tuos quindecim annos. et de manu regis assyriorum
eruam te. et ciuitatem istam et protegam eam. Dicit dns omps.
Et illo t. Dixit ihs discip. ss. Cum Secdm matheum
oratis. non eritis sicut ypocrite qui amant in synago
gis. et in angulis platearum stantes orare. ut uideantur ab
hominibus. Amen dico uobis. receperunt mercedem suam. Tu autem
cum orabis intra in cubiculum tuum. et clauso hostio tuo
ora patrem tuum in absconso. et pater tuus qui uidet in abs
condito reddet tibi Fria. vi. Et esaye prophe.
Hec dicit dns ds. Clama ne cesses. quasi tuba exalta
uocem tuam. et annuncia populo meo scelera eorum. et do
mui iacob peccata eorum. Me et enim de diem in diem querunt.
et scire uias meas uolunt. quasi gens que iusticiam fecerit ex
que iudicium dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iu
sticie. appropinquare deo uolunt. Quare ieiunauimus et non as
pexisti. humiliauimus animas nras. et nescisti. Ecce in die
ieiunii uestri inuenietur uoluntas uestra. et omnes debitores ues
tros repetitis. Ecce ad lites et contentiones ieiunatis. et per
cutis pugno impie. Nolite ieiunare sicut usque ad hanc diem.
ut audiatur clamor uester in excelso. Numquid tale est ieiu
nium quod elegi. per diem affligere hominem animam suam. Numquid
contorquere quasi circulum caput suum. et saccum et cinerem ster
nere. Numquid istud uocaui ieiunium. et diem acceptabilem
dno. Nonne hoc est maius ieiunium quod elegi dissolue colligatio
nes impietatis. solue fasciculos deprimentes. dimitte eos qui
confracti sunt liberos. et omne onus disrumpe. frange esurienti
panem tuum. et egenos uagos que induc in domum tuam. cum uideris nu
dum operi eum. et carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi

168